

giturus sine qua nemo potest ex initio mun-
di vsq; i finē a reatu peccati tam originalis q̃
actualis absolui. Quos enim de⁹ presauit et
predestinauit d̃formes fieri ymaginis filij ei⁹

Heremissime tene et nullaten⁹ dubites
omnes quos vasa misericordie gratui-
ta bonitate deus facit ante constitutio-
nem mundi in adoptionem filiorum dei predes-
tinatos a deo neq; perire posse aliquem eorū
quem deus predestinauit ad regnū. nec quēq;
eorum quos deus non predestinauit ad vitam
ylla posse ratione saluari. Predestinatio enī
illa gratuite donatōis est preparatio qua nos
apostolus ait predestinatos in adoptionē fili-
orum dei per ihesum cristum in ipsum.

Heremissime tene et nullaten⁹ dubites
sacramentum baptismatis non solum
intra ecclesiam catholicam. sed etiam
apud hereticos qui in nomine patris et filij ⁊
spiritus sancti baptisant esse posse. sed extra
ecclesiā catholicā pdesse nō posse. imo sic itra
ecclesiā recte credētibz p sacmētū baptis-
mi

conferri salutem. sic extra ecclesiam baptis-
tis. si ad ecclesiam non redierint eodem bap-
tismo cumulari permiciem. **T**anto enim valz
ecclesiastice societatis vnitas ad salutē. vt
baptismo non saluetur qui non ibi datur. vbi
oportet vt datur. **I**nesse tamen homini bap-
tismū etiā extra ecclesiam baptisato. sed ad
iudicium inesse ab ecclesia separatum. et quia
manifestum est vbiūq; datum fuerit hoc
baptisma semel esse dandum. **I**deo et si ab
hereticis in nomine patris et filij et spiritus
sancti datum fuerit venerabiliter cognoscēdū
et ob hoc nullatenus iterandum. **S**aluator
enim ait. **Q**ui semel lotus est non indiget nisi
vt pedes lauet.

Hemissime tene et nullatenus dubites
omnē extra ecclesiam catholicā bap-
tisatum participem fieri non posse vi-
te eterne. si ante finē vite huius catholice non
fuerit iteratus atq; incorporatus ecclesie. quā
si habeam inquit apostolus omnem fidem et
nouerim omnia sacramenta karitatem autē
non habeam nichil sum. **N**am et in diebus di-
luuij neminem legimus extra archā potuisse
saluari.